

in deserto panes tantos ut saturatus turbam tantam. Et ait illis ih̄s.
 Quot panes habetis? At illi dixerunt; septem; & paucos piscicu-
 los; & praecepit turbae ut discumberent super terram; Et acci-
 piens ih̄s septem panes & pisces; & gratias agens fregit & dedit
 discipulis suis; & discipuli dederunt populo; & comederunt
 omnes & saturati sunt; & quod super fuit de fragmentis tulle-
 runt septem sportas plenas; Erant autem qui manducauerunt
 quat tuor milia hominum; extra paruulos & mulieres;
 Et dimissa turba ascendit in nauiculam & uenit in fines magedan;

Et accesserunt ad eum pharisaei & sadducei temptantes; & roga-
 uerunt eum ut signum de caelo ostenderet eis; **A**t ille respon-
 dens ait eis; factus est hodie serenum erit; rubicundum est enim
 caelum; Et mane hodie tempestas ualcat enim triste
 caelum; Faciem ergo caeli diiudicare nostis; signa autem tem-
 porum non potestis; **G**eneratio mala & adultera signum quaerit
 & signum non dabitur ei nisi signum ionae; & relicta illis abiit;
 Et cum uenissent discipuli eius trans fr̄dum obliuiscunt panes
 accipere. **Q**ui dixit illis; intuemini & caudē a fermento
 pharisaeorum & sadduceorum; **A**t illi cogitabant inter se
 dicentes; quia panes non accepimus; Sciens autem ih̄s dixit;
 Quid cogitatis inter uos modicae fidei quia panes non habetis?
 Nondum intellegitis neque recordamini quomodo panum & quinque
 milia hominum & quot cophinos sumpsistis? Neque septem
 panum & quat tuor milia hominum & quot sportas sumpsistis?
 Quare non intellegitis quia non de pane dixi uobis; caudē a fer-
 mento pharisaeorum & sadduceorum? tunc intellexerunt
 quia non dixit cauendum a fermento panum; sed a doctrina
 pharisaeorum & sadduceorum. **U**enit autem ih̄s in partem
 caesareae philippi; & interrogabat discipulos suos dicens;
 Quoniam dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt;

¶ clxi

¶ lxxxvii

¶ lxxxviii

¶ clxiii

¶ lxxxviii

¶ clxiiii

¶ lxxxviiii

¶ clxv

¶ clxvi

¶ lxxxviiii

¶ clxvii

¶ lxxxviiii & lxxxviiii

¶ clxii

¶ clxiii

¶ clxv

¶ clxvi